



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 8. An conservatores procedere possint in feriis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Quo vero ad secundam speciem quæ est de loco ad locum, quæstio controversa est, an prorogatio fieri possit. Affirmativam tenetur. *Barth. in l. quaro ff. de solut. Alex. & DD. l. fm. ff. de iurisd. om. jud. Abb. d. cap. P. & G. num. 14. & 15.* Ita tamen, si iudicium loci conferat uti plenius explicat *Maranta. d. dist. 12. num. 3. v. exemplum de quarta. Abb. d. num. 14. & 15.* At vero negativam quod hæc in specie prorogatio non admittitur, tenet *Baldus in l. 1. v. 3. quaro e. de iurisd. om. jud. & in d. l. si quis ex consensu.*

Quo ad tertiam speciem prorogationis de tempore ad tempus, hoc est an iudices habentes iurisdictionem limitatam ad certum tempus, possint consentientibus partibus eam post tempus exercere. Responderetur posse, nisi coram ejusmodi iudicibus prorogatio sit prohibita. *l. 2. §. sed si iudex ff. de iudic. Marant. d. dist. 12. num. 3. v. exemplum de tertia. cap. de causis ubi DD. de offic. del. Abb. cap. P. & G. num. 12. eod. m. idque dummodo prorogatio non extendatur in tempus successoris in iurisdictione. Abb. d. loco.*

Postremo quo ad quartam speciem prorogationis de persona ad personam & hæc permessa est. *lib. 1. c. 2. ff. de iudic. l. si conueniri de iurisd. om. jud. Marant. d. dist. 12. num. 5.* Licet autem Abbas in d. cap. P. & G. num. 5. & 11. de offic. deleg. tui in delegato prorogationem de persona ad personam admitti non possit, libentius tamen descendendo in opinionem Innocentii in cap. 1. num. 7. de offic. del. Felin. d. cap. P. & G. Glossæ l. 1. ff. de iudic. cuius auctoritatem ceteris præponderare testatur Antonius Corsetus *Tract. de Auctoritate glossæ.* Idque quia Conservatores & iudices Exceptorum plerumque sunt ad universitatem causarum deputati, quæ cum ad instar iurisdictionis ordinariæ censetur. *gloss. cap. cum causam de appell. Hostiensis. cap. quoniam Abbas de offic. del. Abb. cap. P. & G. num. 5.* consequens etiam est, ut ejusmodi iurisdictioni quæ instar ordinariæ censetur, prorogabilis sit ad instar ordinariæ de personis iurisdictioni subiectis, ad personas extraneas iurisdictioni a quo non subiectis. *l. 1. & 2. ff. de iud. l. 1. c. de iurisd. om. jud. cap. significasti de foro comp. Abb. d. cap. P. & G. num. 13. in fine.*

Quid autem de prorogatione causarum meri & mixti imperii, item in specie criminalium spiritualium, beneficiorum nec non de prorogatione tacita, plenioris est examinis, de qua materia videri poterit *Abbas d. cap. P. & G. n. 15.*

QUESTIO OCTAVA

An Conservatores procedere possint in rebus.

SUMMARIUM.

1. Feries sunt duplicis speciei.
2. Divinis & repentinis feriis renunciari non potest.
3. Conservatores procedunt in feriis rusticis.

Distinguo ferias tripartitam, in divinas, repentinas, & rusticas hominum favore
 Introductas, divinae feriae sunt, quae divini cultus gratia sunt introductae.
 Repentinæ vero, quae nec opinato indicuntur, ut puta propter publicam
 aliquam lætitiâ, aut etiam tristitiam aliquem casum. Rusticae quae publicae utilitatis
 causa, videlicet messium aut vindemiarum gratia conceduntur. *Spec. de feriis.* Di-
 vinitis & repentinis renunciari non potest, & proinde conservatores in istis feriis
 procedere non poterunt. *Spec. de feriis.* At vero feriis rusticis in istis feriis
 tunc etiam partibus invitie, si diplomati conservatoriali insit (ut plerumque inest)
 facultas procedendi de plano sive figura iudicii, hæc enim clausula fa-
 cultatem implicat procedendi in feriis. *Guido de Rescriptis num. 10. Barib. l. nec quic-*
quam §. de plano de offic. procons. Paris. de Puteo de S. iudicatur. verb. feria. Clem. sepe de
verb. signis confirmatur. Quia conservatores cessantibus dictis clausulis possent cog-
 noscere de iudicio recuperanda quod feriis impediri non potest. *Capell. Tholos.*
quæst. 139. ut etsi quæstio esset de injuria tam atroci quæ celari non posset. l. eadem
de feriis. Alciac. lib. 1. de verb. sig.

QUESTIO NONA.

An Conservatores habeant tribunal.

SUMMARIUM.

1. Tribunal quid sit.
2. Delegati non habeant tribunal.
3. Conservatores extra locum Conservatoriam non dicunt.

Si proprietatem elegantiamque verbi Tribunal, quam Latinitatis vindex
 Budeus in *Annotat. ad Pandectas l. 1. ff. de iudicis.* descripsit teneamus, non
 non habebit. Quia tribunal locus est, in quo ordinarius solent reddere pro
 inde cum conservatores proprie non sint ordinarii, tribunal proprie non possunt
 dici habere. *Conc. Trid. sess. 14. cap. 5. de reform. l. Pen. ff. de iust. & iure. Cognovimus d. l. 1.*